

Ga : 32.

C. A. Schmid.
Brunsv. 1774

Dno. Mag. G. Gaphelio

d. d. d.

Gffredt.

F. Stern.
1746.

2

JESU GRATIA MODERANTE!
GRATIOSO SUPERIORUM INDULTU BENEVOLE ANNVENTE,
ET
MUTUAS
ILLUSTRIUM VIRORUM,
F. PAULI SARPHI,
VENETI,
ET
ISAACI CASAUBONI,
EPISTOLAS,
EX AUTHENTICO à SE EDITAS,
ET PER MODUM APPENDICIS
HISTORIAE QVATUOR SECULORUM
BOECLERIANÆ
ADJECTAS
Cum ADDITAMENTIS, EPISTOLARUM TEXTUM ET
EDITORIS SCOPUM Declarantibus,
IN DISPUTATIONE PUBLICA
D. XXVII. APRIL. A. MDCXCV. IN AUDITORIO MAJORI habendâ
PRÆSES
M. JOHANNES Gottsieb
MÖLLERUS, GEDANENSIS,
GRÆCARUM LITERARUM PROFESSOR PUBL. ORDINARIUS,
RESPONDENTE
HERMANNO Hesebeck,
KREMPA - HOLSATO
EXPENDET.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



ADDITAMENTA, Qvibus & Epistolarum Textus, & Editoris Scopus B.I. declaratur.
I. In gens licet Eruditionis, ex omnium omnino, qvas docti ad doctos scripsere, EPISTOLARUM lectione hauriri queat Thesaurus, eas tamen, qvæ familiares dicuntur vel *secretæ*, (qvod ab Auctoribus suis ad amicissimos missæ fuerint, ut in animo ipsorum perpetim delitescerent;) suum & præ officios, (in sola civitate sublistantibus, adqve perficiendam modo Eloquientiam facientibus,) & negotiosis, (restantum domesticas & vulgares tractantibus, Lectori probare usum, magistrâ dudum experientiâ firmiter adeò constat, ut præ reliquis hæ judicio eruditorum conqvirendæ, & opportuno tempore, salva tamen Auctorum fama, sinceraqve cum prudentia, veniant publicandæ.

II. F. PAULI SARPII Veneti & ISAACI CASAUBONI *Epistolas familiares*, auro contra cariores Eruditis habendas esse, quotquot Illius A. 1673. in 12mo Italicè, sicto Veronæ nomine præposito, & Hujus per J. F. Grenovium Anno 1638. Hagæ, ac Grevium Francofurti editas, pervolvunt, agnoscent, ex qvibus Cl. Colomesius, in Præfatione Vossianis præmissa Epistolis, Historiæ, qvæ excellit, literariæ cognitionem, Casaubonianarum adscribens literarum lectioni, & B. Morhofius, Sarpianas Epistolas *Polybiſt. L. I.c.9. p.225. &c. 24. p. 293.* imò serium nondum ubivis obvias conqvirendi, & in rei incrementum literariæ publicandi studium ll. cc. & c. 25. p. 213. commen-
dans, nobis sufficient.

III. PAULLUS SARPIUS, Venetiis, Patre, Petro Sarpio, An. 1552. IX. Cal. Septembr. natus, Ambrosii Morelli, Avunculi, manuductione usus, studiis à prima ætate solidioribus totum se adeò dedit, ut Commilitonibus in proverbium: *Nos ineptiis ludisq; F. Paulus libris intentus, abiret.* Pon-
tificiis imbutus superstitionibus A. 1566. Monachorum, qvi *Servitas* se vocant, qvod præcellentes Mariae cultores *servosq;* se profiteantur, (v. Bzovium ad A. C. 1183. & *Imaginem primi seculi Societatis Jesu* p. 125.) ordini se mancipavit, adeo carus fratribus suis, ut A. æt. XX. ad Synodum Servitarum Mantuanam, ceu Legatus missus, ac A. æt. XXII. in Sacerdotem, imò A. æt. XXVI. in Theologiae Doctorem ordinisq; sui Provincialem fuerit creatus. Summa Monachi in Rempublicam Patriam merita, vel innumera ejus cum Papæ mancipiis pro libertate Venetorum suscepta laudatissimè certamina; Candorem Viri, incomparabilis Concilii Tridentini Historia, Italicè scripta, hasqve voces: *Pietro Seave Polano* (ex qvibus Anagrammaticè in laudata lingua illæ: *Pao!o Sar-
pio Veneto*, emergunt,) præ se ferens, & in Gallicam, Latinam ac Germanicā lin-
guam versa; Magnum deniq; hominis ingenium & inexhaustam eruditionē,
inventa Physica & Mathematica, celebratissimaq; apud Medicos circulatio,
primū ab eo ostensa, evincent. Obijt, non uti vult Cl. Auctor *Diarij Biographici*,
in appendice ad Tom. I. & Cl. Blount in *censura celebriorum Auctorum* p. 864.

à Ss.



à Sicariis Confossum, (Qvinque enim Nebulonum à Papæ mancipiis conductorum i mani crudelitate, tria eqvidem accepit vulnera, Medici tamen, in Equitem S. Marci ideò creati, prudentia feliciter sanata, uti vel mucro, his ad circumstantes verbis : *Ignoratisne Stylum curiae Romanae?* prolati, extractus, & CRUCIFIXO in Monasterio, lemmate addito: *Filio Dei Liberatori*, appensus, confirmat;) sed variis insidiatorum conatibus felicissimè superatis, morbo, in lectulo, Venetiis, sine ullo tamen mortis ferè sensu An. 1623. æt. 71. die 14. Jan; Non Venetæ tantum urbis, ut loquitur Porta, aut Italiae, sed orbis terrarum splendor arg, ornamentum. Conf. *Vita Sarpii* à Fulgentio scripta Italice, ac in Gallicum Idioma conversa.

IV. Qvæ PALLAVICINUS in *Hist. Concil. Trident. App. c. 2.* de alieno Sarpii à Pontificia religione animo ex Epistolis protulit, Cardinalis ipse cum parasitis suis defendat. Ex Sarpii autem, *ad Casaubonum Epistola*, quam cum Casaubonianâ exAuthentico ab Illustri Gudie, Incomparabili qvondam Kortholto, & ab Hoc nobis communicato, nunc exhibemus, cum Morhoffo, qvi ad eandem respicit *Polyhist. L. I.* p. 222. certius idem colligetur. His vero non obstantibus Sarpiana Concilii Tridentini Historia præ Pallavicinianâ non modo ex judicio Gallorum *Ephem. p. 109.* ut *Verisimilior*, Sed omnino etiam ut *verior* triumphabit.

V. ISAACUS CASAUBONUS N. A. 1559. D. A. 1614. Genevæ, Parisiis, tandemq; in Anglia docuit, Jacobo M. Regi, qvi, solas si literas spectes, nihil aliud fuit, quam ex omni bonarum artium congerie collecta perfectio, (ut de Senatore qvodam Romano vir prudens olim judicavit;) adeò carus, ut ejus eruditionem, pietatem, prudentiam, acre judicium, & insignem animi temperiem amare se in Epistola ad eundem A. 1602. Cal. Febr. data, professus fuerit. Eruditissimus in varios Auctores notis, scriptis item adversus Frontonem Ducæum & Cardinal. Perronium pro Rege Angliæ, & Exercitationibus imprimis ad Annales Baronii, jussu laudatissimi Regis Jacobi (è cuius liberalitate quotidie, operi huic incumbens, referente Buchnero apud Königium in *Bibliotheca* p. 171. Ducatum accepit,) elaboratis, immortalem nominis famam consecutus est; qvæ ex Petri Molinæi ad Montacutium literis (in quibus ad Papismum inclinare dicitur, teste Blount in *Censura* p. 884.) labefactata eqvidem fuit, à Merico autem filio, aliisq; restituta.

VI. CÆSAR-BARONIUS, Soranus, ex Congregatione Oratori S. R. E. Presbyter Cardinalis & Apostolicæ sedis Bibliothecarius N. A. 1539. D. A. 1607. incomparabili Centuriarum Magdeburgensium Operi Annales suos Ecclesiasticos objecit, Editione eorum ad Cardinalitiam evectus Dignitatem, Sed ab Eminentia Papili detrusus, omniumq; ingenuorum etiam Pontificiorum judiciis, dignissimus censura, cui à Sarpio & Casaubono in Epistolis nostris fuit subjectus, prout docebimus in *Baronio male fidei postulato à fidei Domesticis*, si D. V, cum orbe Eruditio aliquid communicando.

S. D. G.

Abtov
M 30.59

ULB Halle
005 701 902


3



1077

M 30





Farbkarte #13

B.I.G.

Black	
3/Color	
White	
Magenta	
Red	
Yellow	
Green	
Cyan	
Blue	

2
LATIA MODERANTE!
*ET INDULTU BENEVOLE ANNUENTE,
MUTUAS
TRIUM VIRORUM,*
**LI SARPII,
VENETI,
ET
CASAUBONI,**
PISTOLAS,
ENTICO à SE EDITAS,
MODUM APPENDICIS
QUATUOR SECULORUM
CLERIANÆ
ADJECTAS
ENTIS, EPISTOLARUM TEXTUM ET
SCOPUM Declarantibus,
UTATIONE PUBLICA
CV. IN AUDITORIO MAJORI *babendâ*
PRÆSES
JANNES Böttcher
ERUS, GEDANENSIS,
PROFESSOR PUBL. ORDINARIUS,
RESPONDENTE
ANNO Mieschee /
MPA - HOLSATO
EXPENDET.
WEPPLINGII, Univ. Typogr.

